P. BERTII
ORATIO
FVNEBRIS

in obitum

Reverendi & Clariſsimi Viri
D. LVCAE TRELCATII
SS.æ Theologiæ Doctoris in Academiâ
BATAVORVM LVGDVNENSI,
Et eiuſdem Eccleſiæ Gallicæ Paſtoris
vigilantiſsimi.

Habita poſt exſequias in Auditorio Theologico
XVII *Kal. Sept. An.* CIↃ IↃCVII.



LVGDVNI BATAVORVM,
Excudebat Iohannes a Dorp, 1607.
Proſtant apud Iohannem Maire.

Magnifice D. Rector, Illuſtris D. Scaliger, Patres Academici, Ampliſsimi, Reverendi, Doctiſsimi, Viri, Nobiles, eruditi iuvenes.

PErſoluimus iuſta D. LVCAE TRELCATIO, Reverendo planè, dum vixit, atque honorando viro, cuius patri ante hos annos quinque idem Officij præſtitimus. Vtriuſque corpus in certam beatæ reſurrectionis ſpem *terræ* depoſitum eſt. Quod ſupereſt, nos inter nos hoc loco paucis perſigemus. Tria mortuis deberi monet ſapiens Syracides, Sepulturam, luctum, & in luctu moderationem. *Fili,* inquit, *mortuo officium tuum ne denegato, ſed eius corpus pro patriæ conſuetudine velato, & decenter ſepeliendũ curato. Sed & profuſis lacrymis ſortem eius miſerator, nec ſecus luge, atque is, qui ſuã calamitatẽ deplorat. Acerbas inquam lacrymas, magnumque planctũ adhibe, & luctu ex animo fungere, prout defuncti cõdicioni convenit idque diem*

vnum aut alterum, ne a quoquam malè audias. At rursus cõsolatione te quoque erigito, ne nimio mœrore conficiaris. Vires enim infringit & mortem adfert animi dolor, qui quidem & tibi obest, & defuncto nihil omninò prodest, vtpote cui ad vitam denegata sit reditio. In memoriam reuoca, omnibus ex æquo finem hunc imminere, & eandem tuam & defuncti esse condicionem. Vt mihi heri, ita hodie tibi. Ex ejus sapientis præscripto quæcumque ad sepulturam & exsequias pertinebant ab amicis hactenus curata sunt: superest vt de luctu moderando cogitemus: Nam & non lugere inhumanum est, & nimium lugere muliebre: illud rigidi est pectoris, istud mollis & abiecti. Et quia hodierno die illustri hoc loco dicentis mihi partes impositæ sunt, ita mihi attemperanda videtur oratio, vt neque interspersa laudatio amici superstitionem habeat, neque officij mutui commemoratio iustam mereatur offensam. Etsi enim laudatio defunctorum licita sit, & non tantum naturæ ac rationi conueniens, sed

etiam

etiam exemplis præstantissimorū virorū comprobata (nam & Pericles eos qui bello Peloponnesiaco pro patria pugnantes fortiter oppetierant, præclara oratione primus Græcorum celebrauit, & apud Romanos iam olim propinqui suos laudare consueuerūt, exstantque inter Christianos in hoc genere Gregorij Nazianzeni, Ambrosij, Hieronymi, aliorumque in Ecclesia excellentium virorum dictæ scriptæque orationes:) tamen in hac re modū non esse excedendum ipsis etiam Gentilium legibus cautum fuit. Plerique enim mortales ad mortuorum cultum rapiuntur impensius, officiaque quæ vivis vel non præstiterunt omninò, vel ieiunè præstiterunt, ea in defunctos profusè congerunt: quasi scilicet magis amarent mortuos quam vivos. Hinc ortæ bustorum, tymborum, monumentorū, sepulchrorum, columnarū, Hermarum sumptuosæ exstructiones: quarum apud Athenienses tanta fuit in Ceramico amplitudo, vt legibus posteà publicam insaniam coercere oportuerit. San-

citum ergo eſt, vt ne quis ſepulchrum face-ret operoſius quam quod decem homines ef-ficerent triduò: ſed neque opere tectorio ſe-pulchrum exornari, neque Hermas imponi, nec de mortui laudibus niſi in publicis ſepul-chris, nec ab alio niſi qui publicè ad eam rem cõſtitutus eſſet, dici licebat. Quo magis Chri-ſtianorum quorumdam mirari ſoleo in hac parte ſuperſtitionem, qui, quum nihil Deus de operoſa exſequiarum & funerum pompâ ſuo verbo præceperit, animas verò fidelium docuerit Abrahæ ſinu, hoc eſt, beatis ſedibus poſt obitum recipi; tamen putârint ſibi lice-re, ipſos etiam mortuorũ cultu ſuperare Gen-tiles, oſſaq́ue eorum & veſtes ad ſacros v-ſus adſervare, altaria ijs exſtruere, delubra de-dicare, hymnos canere, & precibus ſuis etiam invocare: talibuſq́ue officijs crediderũt Deũ, placari, animaſq́ue ſuorum amicorum Pur-gatorij doloribus eximi. Nos fidelius edocti, LVCAE noſtro, paſtori, doctori, collegæ, ami-co, fratri, nunc etiam beato ac felici, quod li-

cet, quod poſſumus,quod debemus, ſine Dei offenſâ, cum plena dilectione, ex puro corde, & conſcientia bonâ,& fide non ſimulatâ reddamus. Celebrent Ethnici exſequias, ſed ritu ſuo: nos Chriſtiani ſumus. Celebrent inter Chriſtianos ſuperſtitioſi, ſed ritu Gentili: nos quia exemplum ſequimur Propheticum & Apoſtolicum, expurgato anilium commentorum fermento, reformati ſumus. Superſtitioſam exſequiarum pompam relinquamus larvatis: reliquiarum conſervationem, imaginum venerationem, ſtatuarum conſecrationem idololatris. Nænias mortuis decantent, qui Deo vivo non cantant. Faces ipſo etiam meridie admoveant, qui ipſi lumen non habent. Et, vt Tertulliani verbis vtar, *Accendant quotidie lucernas, quibus lux nulla eſt; Luceant opera noſtra, non faces. Tu Chriſtiane, lumen es mundi.* Quæ quum ita ſint, liceat mihi cum bona venia tua Mag.ce Rector, veſtrâ Senatores & Patres Academici, ad dolorem minuendũ ea dicere, quæ huic loco, tempori, actioni conveniant,

venient, Tu verò

Nate Patris summi, nostroque saluti fer æuo,
Salvator, Deus ac Dominus, mens, gloria, Verbum,
Filius, & vero verum de lumine lumen,
Æterno cum Patre manens, in sæcula regnans,

da, vt ea quæ dicam, fidem, autoritatemque inveniant, ad gloriam nominis tui. Vos verò, Nobiles, Amplissimi, Reverendi, Prudentissimi, Ornatissimi, Humanissimi Auditores, adspirate mihi aura benivolentiæ vestræ, meque eâ quâ soletis attentione de rebus gravissimis disserentem audite.

Obijt LVCAS TRELCATIVS, obijt; & memoriam sui ægris animis nostris discedens reliquit. Desideratur in Ecclesiâ pastor, in Scholâ doctor, in familiâ filius, maritus, pater, frater, adfinis: in Rep. ciuis: & tot pauperum, tot viduarum, tot pupillorũ, tot senum iuuenumque procurator. Tam multa scilicet ex vnius obitu incommoda publico allata sunt. Non audiemus posthac ex ore concionantis

nantis formatas divinitus admonitiones, non consolationes, non doctrinas. Non audiemus accuratas dissertationes quas hoc loco instituere ad iuventutem solitus est, sive adstruenda esset veritas Apostolica, sive hæreses refutandæ, sive obscura euoluenda, ambigua distinguenda, incerta definienda. Ipsa credo subsellia ista (si quis ijs sensus inesse possit) acumen illud elegantis ingenij, & vocem quovis melle dulciorem desiderabunt. Sed placuit ita omnipotenti DEO, cui quis nostrum ausit reluctari? Nimirum in eo consistit nostrum ergà Deum obsequium, vt id quod ille voluit, velimus; quod ille noluit, nolimus. Prætereà quid ipsi accidit quod non ante ipsum tam multis, superioribus, inferioribus, paribus, post ipsum omnibus nobis; post nos, toti vniversitati eventurum est? Obijt, sed paullo ante ipsum Clariss. vir & Collega communis D. PAVLLVS MERVLA; Quid Merulam dico? Nobilissimus, & non nisi cum præfatione honoris Regij nominandus BVZANVALIVS.

VALIVS. Obijt; ſed ante ipſum in noſtro ordine Fr. Iunius, Ioannes Kuclinus, Ioannes Herconius, Gerhardus Bontius, qui Viri! ipſeque etiam defuncti noſtri Lucæ pater, LVCAS TRELCATIVS. Quid ſingulos memoro? Vna Oſtenda annon amplius quam ducenta hominum millia intra vnum obſidij triennium abſumpſit? Hac condicione mundum intrauimus, vt quum Deus vocaret, exiremus: miſeri, ſi perpetuò maneamus. Gentium ius eſt, reddere quod acceperis, quodq́ue omnibus ferendum eſt, non detrectare. Quis tam ſuperbæ impotentiſq́ue audaciæ eſt, vt in hac naturæ neceſſitate omnia ad eundem finem reuocantis, vnum aliquem eximi cupiat, & extra legem fati ſeponi? Magnum ergo ſolatium eſt, cogitare id ſibi accidere, quod ante ſe paſſi ſunt omnes, quod poſt ſe reliqui paſſuri ſunt. Imò verò, propterea videtur mihi Deus quod graviſſimum eſt, commune eſſe voluiſſe, vt acerbitatem rei conſolaretur æqualitas eventus. Non habet hic diues quòd auro redimat;

non

non Princeps quod honoris ſui te dignitatis privilegio a ſe avertat; non fortis quod eluctetur; aut agilis quod effugiat. Omnes, omnes eadem lex premit. Quin & teipſum annos tibi aliquot vitæ pollicentem, meditantemq́ue diuturna, craſtinus fortè, fortè hodiernus dies vivis exemptum, pluribus adgregabit. Quid in alium officioſi ſumus, in noſipſos crudeles? Dolemus amicum morte ereptum; nec cogitamus idem nobis fatum imminere. Crudelis eſt & inofficioſa pietas, neceſſitatem in alio culpare, in ſeipſo nequidem meminiſſe. Proinde gravi conſilio triumphantibus olim Romani comitem voluerũt à tergo hærere, qui per ſingulas acclamationes civium ingeminaret, HOMINEM TE ESSE MEMENTO. Cogitemus & nos LVCAM noſtrum hominem fuiſſe, teſtam, vitreum, bullam, ſomnium, vmbram, & (vt ſcriptura loquitur) carnem. Quid ergo querimur defunctũ eum, cui ipſi propediem iungēdi ſumus? Quid dolemus ereptum nobis, quum DEO, quum

Christo, quum sanctis beatorum concilijs, quum ipsi patri Trelcatio iungi aliter Trelcatius non potuerit? Sed neque exigua nobis in eo solatij pars esse debet, quod scimus, eum sanctè in Domino obijsse. *Moriatur*, inquit ille, *anima mea morte iustorum*. Licet enim piorum atque impiorum quoddam sit in morte confinium; est tamen ingens in mortis qualitate discrimen. Quam ardentes fuerunt LVCÆ nostri ad Deum in morbo preces? quam certa in Christum fides? quam anhelus exoptabat dissolui corpore isto mortali & immortalitate vestiri? Itaque in actu extremo, mortis iam sentiens aculeos, adflictam matrem, vxorem puerperam, sorores orphanas, adfinem suum eundemque Collegam in Ecclesiasticis laboribus D. Castellanum, reliquosque consanguineos accersi iussit, & iam deficiente voce, labantibus verbis, semihiulco spiritu, consolatus singulos, postquam Ecclesiam & Presbyterium Pastori commendasset, hortatusque fuisset omnes ad puram in veritate concor-

diam

diam, animam suam DEO creatori, servatori, sanctificatori suo reddidit.

Gratiosus est Dominus, inquit Regius Propheta, *gratiosus est Dominus, & iustus, Deus inquam noster misericors est. Servat simplices Dominus; Quum attenuatus fuero, conferet mihi salutem. Redi ergo anima mea in requiem tuam, quia Dominus est beneficus in te. Pretiosa est in oculis Domini mors eorum, quos ipse benignitate prosequitur.* Et verè pretiosa. Nam quum Deus nullius indigeat, habeatque in se omnia; non postulat a nobis aliud quam rectum voluntatis obsequium; quod tunc præcipuè præstamus, quum ipsi nos totos impendimus: toti enim ab ipso sumus. Quid ergo gratius DEO esse potest, quam si quis seipsum offerat ipsi hostiam vivam, sanctam, immaculatam, in Christo servatore nostro? Ille nos suo sanguine purgatos effecit Sacerdotes DEO; ille preces & gemitus, ille sacrificia nostra orationum & eleemosynarum, ille munera quæcumque offerimus, nosque adeo ipsos

 offert

offert Patri. Nec despiciet hoc nostrum, hoc Filij sui munus, is, qui præter hoc ipsum aliud maius non exoptat. Chara itaque & pretiosa est in oculis Domini mors sanctorum. Moriamur ergo, vt vivamus; imò vivamus vt aliquando ita moriamur, recipiamusque immarcessibilem æternæ vitæ coronam, etiam in corpore isto, quod licet nunc videatur corruptioni destinatum, tamen restituetur aliquando quum ille volet, qui animam primus corpori coniunxit. Quum ergo neque LVCÆ soli hoc acciderit, vt moreretur, quum DEVS ipse id voluerit, quum sanctè idem obierit, iunctusque sit contubernio sanctorum, & resurrecturus sit suo tempore ad gloriam, quisquámne nostrum est, qui illum ex quiete suâ & gaudio, ex statu felicitatis & gloriæ deiectum, deturbatumque, rursum inter mundi istius turbas tempestatesque cum peccato, cum laboribus, cum odio & invidentia conflictari velit? Sed suspicor aliquem ita secum cogitare. Non queror obijsse, sed queror

quod

quod tam citò, quod hac ætate, quod in ipſo vitæ flore: dignus enim videbatur longiſſimâ vitâ, qui tam moderatè, tam prudenter, tam ſanctè breve iſtud tempus tranſegit. Qualem putamus futurum fuiſſe ſenem, qui iuvenis ita conſummatus fuit. Ecce Palæſtrioni huic vel Sannioni contigit annum explere ſeptuageſimum, Euclioni verò etiam octogeſimum: Quid meruit Trelcatius, vt ita ſubitò rebus humanis eriperetur? nondum enim expleverat annum trigeſimum quartum: natus ſiquidem fuit Londini XXV Aprilis Anni 1573: denatus hic nudius quartus, qui fuit XII Septembris. Nihilne igitur prodeſt innocentia ad Legem exactam? nihil accurata frugalitas? nihil ſincerus pietatis & litterarum amor? Sed nimirum facilius eſt incuſare Fatum, quàm mutare. Voluit hoc Deus, & voluit hoc modo; quid reluctamur? ne putemus illum cuiquam noſtrum chariorem eſſe, quam fuerit DEO: Quid cælum & terram inanibus querelis & nihil profuturis implemus? Dei volun-

tas nobis lex est: hanc nō possumus ferre commodius, quam obsequij æquanimitate: Sed tamen, vereor, ne is qui ita de vitę brevitate cogitat, satis dignè æstimet vitæ cælestis bona. Nescio etiam, quid ille vitam longam aut brevem vocet. Quid enim? Putasne diu illum vixisse, cuius æuo multi Consules fuere? qui canos suos & rugas iamdiu ostentavit? qui multos annos digitis computat? Non ille diu vixit, sed diu fuit. Est enim, Auditores, in homine præter vitam illam plantarum quam vegitativam vocant, & alteram brutorum quæ sensitiva dicitur, vita quædam singularis, homini propria, quæ religionis, pietatis, honestatis vsu a sapientilus definitur. Illas medicorū consilia prorogant; hæc virtutis actionibus, extenditur, vt diu ille vixisse putandus sit, non qui multos annos habet, sed qui diu temperantiæ, iustitiæ, sanctitati operatus est: ille parum vixisse, qui multum vitijs, parum virtuti tribuit: Ille perpetuò mortuus fuerit, cuius nulla recta actio nominari potest,

quem

quem Romani propterea illaudatum dixere. In itinere longè aliud eſt iactari, aliud proficiſci: & in tempore aliud eſt annos numerare, aliud viuere. Quemadmodum non ille multum nauigâſſe putandus eſt, quem ex portu eiectum tempeſtas, ventorumque ex diverſo furentium vis huc illuc inconſulto impetu diu multumque tulit, ſed is, qui clavo fixus rectumque tenens navigationis ſuæ curſum, ingens ſpatium emenſus eſt; ita non ille multum vixit, qui diu in vitiorum ſalebris iactatus eſt, ſed qui multum temporis in virtutis ſapientiæque ſtudio conſumpſit. Ille vtut barbam promiſſam alat, canos ſuos & rugas oſtentet, vitia tamen habet puerilia: hic in iuvenili pectore virtutes habet ſenis. Animo enim potiſſimū homo cenſetur, cuius actio recta, vita eſt; prava, mors, & vt ita dicam, vivi hominis ſepultura: teſtāte ipſo Apoſtolo, qui luxu diffluentes ait etiam quum vivunt, mortuos eſſe. Intellexit hoc Similis ille, præfectus militaris, qui poſt ætatem in aulâ

consumptam, vix tandem improbis apud Imperatorem Hadrianum precibus vacatione obtentâ, in villam suam migravit, & postquam septennium ibi in virtutis & sapientiæ studijs consumpsisset, moriens tandem hæc verba monumento suo insculpi iussit. Hic SITVS EST SIMILIS, QVI SEPTVAGINTA QVIDEM ANNOS NATVS FVIT, VERVM SEPTEM DVNTAXAT VIXIT. Talis quoque vita fuit nostri Trelcatij, qui si non tam multos numeravit annos quàm Palæstrio aliquis aut Sannio, plures tamen annos vixit. Mitto enim ætatem primam sub Orydrio Bruxellis, sub Carpenterio Antverpiæ, sub Stochio hac ipsa in vrbe actam, quam ille multis alijs maturitate ætatis antecessit? Annum vix egressus septimum decimum, concionibus ad populum habendis admotus est, Iam tunc scilicet:

Ante annos animumque gerens curasq; viriles.

Docendi exercitia excepere peregrinationes; non illæ iuveniles, otij transmittendi, aut

alienam

alienam conſcientiam vitandi cauſſâ inſtitutæ; ſed quæ athletam DEI exercerent. Ergo ſimul atque Heydelbergam venit, Eccleſiam Gallicam rogatu Preſbyterij totos menſes ſex fideliter divino verbo pavit; & digreſſus inde, Baſileæ, Tiguri, Genevæ optimo cuique atque eruditiſſimo gratus & acceptus fuit, quodque Genevæ vix vnquam cuiquam, hoc iſti noſtro delatum eſt, vt in tanta eruditorum, piorumq́ue & diſertorum Miniſtrorum copiâ ipſe licet adhuc adoleſcens in Eccleſia audiretur: applaudentibus provectioribus omnibus, atque imprimis D: Beza & D. Goulartio. Revocatum inde quid primum putamus cogitaſſe? delicias? otium? voluptates? vxor colam? Melius noſter iſte Timotheus. Quid ergo? Crucem Chriſti, crucem, & gementes ſub tyrannide Antichriſti Eccleſias partim Conſilio amicorum, partim propriâ deliberatione experiri inſtituit, & in ijs ſe Deo & ſancto Chriſti gregi probare. Sed & ipſum Aquiſgrano ad ſuos in Bataviam re-

meantem excepit non levis terror. Captus enim à Buſcoducenſibus, quum nihil niſi mortem & extrema quæque imaginaretur, ſubito amicorum operâ elapſus eſt. Atque ita Lugdunum noſtram poſt biennij peregrinationem venit, curamque fidelem ex eo tempore, vt ſcimus omnes, primùm Eccleſiæ, poſteà etiam defuncto patre Academiæ huic præſtitit; donec conſummato curſu ſuo in cæleſtem patriam, & contubernium ſanctorum, ad Chriſtum Dominum noſtrum lætus evocatus eſt. Videturne vobis Audd. Ornatiſſimi parum vixiſſe is qui tam multa vnus paucis annis præſtitit, quanta vix plures alij multis queant? Quid ergo querimur vitam eius brevem fuiſſe; quum vita non annorum tranſactorum ſpatijs, ſed frequente & diuturna virtutis actione definienda ſit? Quid? quod DEO nihil immaturum eſt? illi enim dies vnus eſt vt anni mille, & anni mille vt dies vnus. Quid? quod periculis imminentibus ereptus à clemente DEO

videri poteſt? *Iuſtus*, inquit Sapiens, *quum maturâ morte obierit, in quiete futurus eſt. Non enim quæ longæva eſt ſenectus, honorata eſt, aut quæ numero annorum multorum menſuratur, ſed prudentia hominibus eſt canities, & vita immaculata eſt ſenilis ætas. Qui placuit Deo, dilectus eſt, & dum viveret inter peccatores, tranſlatus eſt. Ereptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut dolus deciperet animum eius. Nam faſcinatio improbitatis obſcurat quæ bona ſunt, & circumagitatio concupiſcentiæ tranſvertit mentem carentem malitiâ. Sanctificatus brevi implevit longa tempora: grata enim erat Domino anima ipſius, propterea feſtinavit eum tollere ex medio improbitatis.* Parumne hæc in Trelcatium noſtrum quadrare exiſtimatis? Vtinam falſus ſim Vates! ſed vt nunc ſunt tempora, vereor ne tam defunctum laboribus, quam calamitatibus ſubductum Trelcatium aliquando iudicemus.

Quapropter Ornatiſſ. Audd. doleamus non LVCAM noſtrum, ſed nos; non Paſto-

rem, ſed Eccleſias; non Doctorem, ſed Scholam; non patrem, ſed liberos. Certum enim eſt iræ DEI argumentum, eripi fides doctores & paſtores: certius, eripi nemine iugemiſcente. *Iuſtus*, inquit Propheta, *perit, & nemo advertit in corde ſuo: viri benigni colliguntur, nec eſt qui intelligat. Idcircò a facie malitiæ collectus eſt iuſtus.* Certiſſimum verò labaſcentis paullatim eruditionis iudium eſt, quod pauci ſe comparent ad eas artes, quibus in diſcedentium locum cum laude ſuffici queant. Quæ quum ita ſint, erigite vos per Deum immortalem adoleſcentes, (ad vos enim propriè hæc mea ſpectat oratio) & ne permittite, vt ignavia veſtrâ & ingratâ ſocordiâ præclarum illud depoſitum apud vos viventibus adhuc & ſpirantibus doctoribus veſtris vileſcat. Videtis quanta per vniverſam Germaniam, quanta per Galliam eruditorum hominum ſit ſolitudo; Euigilate, nam niſi ſuccurritis, labimur in Barbariem, tanto priore turpiorem, quanto priore futura eſt poſterior. Sed

Ieſai LVII, 5.

ante

ante omnia, ex Apoſtoli mandato pacem ſectemur cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine quâ nemo videbit Deum. Deus autem pacis ſanctificet nos per omnia; vt integer ſpiritus noſter, & anima,& corpus, ſine querela ſerventur in adventum glorioſum Domini noſtri Ieſu Chriſti,

Is nobis firmamque fidem, noſtrique fidelem
Notitiam, & ſanctæ det cælica munera vitæ.
Det conſtans recti ſtudium, det mortis acerbæ
Contemptum, & vitæ minuat mortalis amorem,
Vivere velle diu, diuturno eſt vulnere velle
Torqueri; & peccare diu, factiſque pudendis
Et deſiderijs, dictiſque offendere Chriſtum.
Ah! quanto eſt ſatius meliuſque, in flore iuventæ
Aut aliàs citò diſſolvi, Chriſtoque perenni
Coniunctum in patriâ cæleſtem diegere vitam,
Nullus vbi dolor eſt, peccandi nulla facultas,
Integritas vbi perpetua, & ſincera voluptas.
Vera quies, & cunctarum pax optima rerum,
Perpetuique adeò cæleſti in pace triumphi,
Quæ qui conſequitur, felix & dives abunde eſt.

DIXI.

Complainte ſur le treſpas de feu Mr TRELCAT.

LEyde, ſi a ce coup tu n'apprens a cognoiſtre
Combien encontre toi les cieux ſont irritez;
Ne ſentant point ton mal, ſaine te penſes eſtre:
Mais tu meurs toute vive en tes calamitez.

Lors que la mort iadis a tes biens envieuſe
De du ION, de TRELCAT, l'eloquence tarit;
Tu ſemblas mener dueil, t'en monſtrer ennuyeuſe:
Mais Dieu ſçait, combien toſt ce dueil ſ'eſvanouit.

Tu devois avoir lors, a tes deſpens appriſe
A cherir davantage un don tant precieux;
Comme ſont les Paſteurs, eſtablis en l'Egliſe,
Pour t'enſeigner la voye au Royaume des cieux:

Mais, helas! inprudente a bien peſer ta faute,
(Cauſe d'un tel malheur) la perte que faiſois,
L'ire du Tout-puiſſant, ſa Majeſté tref haute;
Tu n'en fis point de cas, ainſi que tu devois.

Dieu ne ſ'appaiſe point par ſimples pleurs & l'armes:
Il demande l'eſprit attentif a ſes faits:
Fay retentir les airs de plaintes & vacarmes;
Ce ſont tous pleurs perdus, Tu ne ſais que tu fais.

Quoi donc? Il faut pleurer; Mais pleure tes offenſes.
Il faut crier a Dieu; Mais crie apres merci.
Cognoi de tes pechez les treſiuſtes vengeances:
Si tu l'euſſes ia fait, Dieu n'euſt point fait ceci.

F Pleure

Pleure donc a ce coup, pleure ta destinée,
Tu as perdue encor' un ioyau de grand prix:
O que peusses tu voir ceste heureuse iournée,
Que ceste si grand' perte unefois tu r'acquis!
Quand TRELCAT & du ION changerent ceste vie
A l'eternel repos de l'immortalité;
Peu certes s'en falut, que la vie ravie
Ne nous ravist aussi nostre felicité.
Mais que du ION soit mort; que TRELCAT ne revive
En c'il, qui de TRELCAT avoit pris l'estre sien;
Qui vray fils de TRELCAT, portoit l'image vive
De son Pere en sçavoir, en vertus, en maintien;
Que ce second TRELCAT, fils d'un tel pere digne,
Aye si tost suivi de son pere le cours:
C'est signe que ce siecle en est du tout indigne,
Et que Dieu veut punir nos miserables iours.
O siecle perverti, qui de ton advantage
N'estimes point l'honneur, sinon quand tu le perds:
Pour le moins que ton dam t'apprint a estre sage,
Et cogneusses quels sont tes funebres dangers.
Cependant de TRELCAT le bonheur point ne pleure;
Il vaut trop mieux pour lui, de n'estre plus ici:
Mais qu'un autre TRELCAT, tel que lui ne demeure,
Demandes en du ciel, a ton aide, merci.

E. D. Pré.

In obitum reverendi viri

LVCAE TRELCATII,

Qui fere quinquennio poſt patrem, Academiæ & Eccleſiæ ereptus, luctuoſam vtrique ſui memoriam reliquit.

SIc erat: extremo deſunt ſua verba dolori,
Nec quicquam gemitus iam pietatis habent.
Occidit ereptus ſenior TRELCATIVS *orbi:*
Ductorem gemuit mœſta iuuenta ſuum.
Occidit: vbertim lachrymæ fluxere piorum,
Perdidit infelix triſtia verba dolor.
Occidit ipſa ſuo pereunte Eccleſia patre,
Nec, niſi quod nato fideret, vlla fuit.
Hunc quoque mors tollit, ſed adhuc lugentibus, & quæ
Iam deſunt, lachrymis altera cauſa venit.
Sic olim Niobe gemuit primo ægra dolore,
Lugentis tenuit vltimus ora dolor.
Da veniam quicunque gemis. lachrymauimus olim.
Hoc plus eſt, lachrymas non ſupereſſe meas.

DANIEL HEINSIVS.

In obitum Clarissimi viri

LVCAE TRELCATII.

PLebs tua, cum patriæ fines & quicquid amatur
Linqueret, exsilio quærere iussa Deum,
Os potuit tantæ siccum præstare ruinæ,
Et gemitum est fatis ausa negare suis,
Quæ nunc ecce tuo, TRELCATI, *percita luctu*
Fortis in hoc primum desinit esse malo.
Quas populi lachrymas, quos planctus cernimus urbis,
Ut magis haud alium fleuerit una domus?
Quis fueris constat: lachrymis agnosceris illis:
Frater amore pio, sortis honore pater.
Te modici sanctique lares, te templa requirunt,
Te Schola, te verum discere quisquis amat:
Præcipue quæ te profecit teste iuventus
Miratur tantum iura valere necis,
Et quod tu scriptis toties, quod voce monebas
Exemplo vellet non didicisse tuo.
Heu miseri nondumne igitur commissa fatemur,
Tam fera quos cælo vindice damna premunt?
Nam nostrum decus ingrato qui sustulit æuo,
Nos peragit tanti funeris ille reos.

H. GROTIVS.

ΘΡΗ͂ΝΟΣ ΠΕΝΘΕΡΗ͂Σ.

ΛΟΥΚΑ͂Ν ἀποιχόμενον πεπνυμένον ἄνδρα, τ' ἄριστον,
    Κεῖνον, ἀμώμητον, γῆρυε ΒΕΡΤΙΑ΄ΔΗΣ.
Ἀλλ' ἐγὼ ἀχνύμενος κείνοι' ἄχος αἰὲν ἄλαστον
    Αἰάζω, κ' ἀνδρῶν μυριάδες μερόπων.
Ὤλετο φεῦ! κεῖνος, κεῖνος θάν', ἀπώλετο, φεῦ! φεῦ!
    Ὤλετο κεῖνος ἀνὴρ, φεῦ! θάνε ΤΡΕΛΚΑ΄ΤΙΟΣ.
Ὤλετο ΤΡΕΛΚΑ΄ΤΙΟΣ, φίλη κάρ' ἀπώλετ', ἐκεῖνος
    Ὤλετο φεῦ! κεῖνος φεῦ! θάνε ΤΡΕΛΚΑ΄ΤΙΟΣ.
Κεῖνος ἀνὴρ, κεῖνος, θεῖος, προφερέστατος, αὐτὸς,
    Χάρμα ὀϊζυρῶν καὶ τὸ φίλημα βροτῶν.
Παντοίῃς ἀρετῇσι κεκασμένος ὤλετ', ἐκεῖνος
    φεῦ! θάνε, κεῖνος ἀνὴρ, φεῦ! θάνε ΤΡΕΛΚΑ΄ΤΙΟΣ.
Φεῦ! φεῦ! ἐφημέριοι ἡμεῖς βροτοὶ αἰάζωμεν,
    Λοιπαὶ νῦνι τόσον δάκρυα καὶ στεναχαὶ!
Αὐτοὶ ἐφημέριοι θνητοὶ βροτοὶ αἰάζωμεν
    Τρισμακάρου πότμον πολλ' ἐπικλαιόμενοι.
Ἀλλά νυ τοῦτο γέρας βαλέειν ἀπὸ δάκρυ παρειῶν,
    Δὴ πέλεται κενεῆς καὶ γέρας ἐν στεναχῆς.
Τοῦτό νυ δὴ γέρας οἰχομένοις, λυγραδέα τέρψις,
    Ἔστι γὰρ ἐν θρήνοις χάρμα λυγρὸν κενεοῖς.
Ἁ δέ' ἀποιχομένῳ, ἡμῖν λύγρ', ἄμμες ἀνόλβους
    Ἡμέας, οὐ μάκαρον κεῖνον ὀδυρόμεθα,
Τρίσμακαρ ἐν σιγᾷ πεπυκασμένος εὕδ' ἐπὶ γαίῃ,
    Ἀλλ' ὑπὸ γῆς περ ἐὼν ἔσσεαι ἀθάνατος.
Οὐδέ ποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδ' ὄνομ', εὗδε
    Ψυχὴ ἐνὶ κόλπῳ Α΄ΒΡΑΑΜ ἡσυχίου.

H. DELMANHORSTIVS.

Discours sur le deces de feu Monsieur TRELCAT *le fils.*

SI les dons plus exquis d'un ame bonne & sage,
Si la vigeur d'un corps en la fleur de son age,
Si les voeus des parens, des amis familiers,
De tant de gens de bien, & de tant d'Escoliers,
Si l'interest du peuple & de la vraye Eglise
Que Christ de son Esprit conduit & favorise,
Auroit eu le pouvoir de repousser l'effort
Qu'exerce dessus nous l'inexorable mort:
Tu jouirois encor de la douce lumiere,
Trelcat, & nous aussi de ta presence chere;
Au lieu que, de toy-mesme & de nous separé,
Tu vis dessus les cieus, & tu gis enterré:
Et ne resonnent plus en l'Eglise, en l'Escole
Les graues-dous accens de ta nette parole;
Qui consolant nos cueurs, ravissant nos esprits,
Rendoit ceus-là plus saints, & ceus-cy mieus appris:
Et de tant de tresors versez en abondance
Nous reste maintenant la seule souvenance,
Du bien qu'avons perdu connoissans la valeur,
Mieus qu'en le possedant n'en avons prisé l'heur.
  Mais le Ciel a voulu qu'à toute chose née
Fust tost ou tard la vie icy bas terminee.
Pour n'estre point suiet à la loy du trespas,
N'y a qu'un seul moien, c'est de ne naistre pas.
De sa terrible faus la palle Mort attrape
Tout ce qui naist au monde, & rien ne luy eschape:
Tout, tout esgalement à ses pieds ell' abat,
Sans jamais regarder à sexe, age, ou estat.

Et ne

Et ne ſauroit ſervir au jeune ſa jeuneſſe
Au brave ſon courage, au ſage ſa ſageſſe,
Au fort ſa corpulence, au diſpoſt ſa vigueur,
Aux riches leur argent, aus princes leur grandeur.
La mort entre auſſi bien es chambres magnifiques
Des ſuperbes chaſteaux, comm' es povres boutiques,
Et pour y penetrer de l'un à l'autre bout,
La pointe de ſa faux eſt ſon Paſſe-par-tout.
Heureux donc icy bas, non ceux-la qui ne meurent,
Car icy bas tout meurt, non ceus-là qui demeurent
Long-temps ſans y mourir, car y vivre long-temps
N'eſt pas cela qui peut les y rendre contents,
Et la vieilleſſe fait que noſtre corps empirè:
Mais heureus ſeulement ceus qui ſe peuvent dire
Avoir aſſez veſcu, bien qu'ils ne meurent vieux,
Et changent volontiers la terre pour les cieux.
Or céſt aſſez veſcu, ſi l homme meurt au monde,
Pour deſia vivre à Dieu, & ſon eſpoir ne fonde
Que deſſus les vrais biens, qui ne peuvent perir,
Ayant en bien vivant appris à bien mourir.
Trelcat à confirmé ſi bien par ſon exemple
Ce qu'il a tant de fois enſeigné dans le temple,
Que, bien qu'on ſoit encor vigoureux & diſpoſt,
Qui mourra comme luy, ne mourra pome trop toſt.
Il ne faut pas, pour rendre une vie honorée,
Que le nombre des ans meſure ſa durée:
Suffit la quantité des vertueux effets,
Des belles actions, & des louables faits.
Laquelle eſtoit ſi grande en un, ſi petit age,
Qu'un ſiecle n'en ſçauroit produire davantage.
Ce Trelcat admirable en eſprit & ſavoir,
Celuy qui a peu ieune & l'ouyr & le voir,

E Aura

Aura pu remerquer, d'une facon exquise,
Dessous le poil follet une prudence grise;
Aura pu contempler, en un printemps de fleurs,
Vn autonne de fruits, & de fruits desia meurs.
Or ainsi que l'enfance a este sa jeunesse,
L'age viril de mesme a este sa vieillesse:
Et la viellesse en fin, qui la peut acquerir,
C'est l'age naturel auquel il faut mourir.
Il est donc advenu de Trelcat ainsi comme
Nous voions sur un arbre advenir d'une pomme,
Qui seule, entre plusieurs dont l'arbre soit chargé,
Pendant à un rainceau plus franc & mieus logé
Hors du vent, au soleil, & de seve meilleure
Sera bien tost grossie & la premiere meure:
Le Iardenier l'avise, & la cueillant soudin
Court en faire present au maistre du Iardin.
Qui veut cherir l'odeur & beauté d'une Rose,
Nattend' à la cueillir qu'elle soit tout esclose,
Car son odeur alors & sa beauté se pert:
Mais choisit ut bouton qui n'est pas trop ouvert,
De qui les plis souefs font un' ombre vermeille
Dont l'oeil se resiouit & le nez se reveille.
Dieu fait ainsi de nous: Il retire à propos
Du monde ceus qu'il aime, & les met en repos.
Ouy mais, dira quelcun, ce que plus on deplore,
C'est qu'il pouvoit servir & travailler encore,
Voire plus que iamais; & de ses beaus labeurs
Eust redondé le fruit au salut de plusieurs.
Comment? seron-nous donc plus sages que Dieu mesme?
Et cont'rolleron nous sa volonté supreme?
Adoron-la plustost, & comme vrais amis
De Trelcat, louon-Dieu de l'heur où il l'a mis.

Conside-

Considerons que Dieu fait paroistre son ire,
Quand du milieu de nous tel estre se retire,
Et tandis qu'il est temps, nous humilians tous
Prion-le qu'il luy plaise apaiser son courrous.
Ceste soudaine mort & pronte departie
Tesmoigne bien que Dieu courroucé nous chastie:
Trelcat y gaigne seul, & ce sien changement
Du travail au repos, est nostre chastiment.
Il a gaigné beaucoup à ce change, mais certes
Ce gain là qu'il a fait produit beaucoup de pertes.
l'Eglise pert en luy un fidelle Pasteur,
L'Academie un sage & vigilant Docteur,
Les povres leur soulas, leur aide, leur adresse,
Sa mere le baston de sa foible vieillesse,
Ses enfans le dous soin d'un Pere curieus
De les bien eslever, & rendre vertueus,
Sa femme sa plus chere & douce compagnie
Dont, helas, à jamais elle se voit banie,
Ses freres & ses seurs un frere bien aimé,
Et nous tous un amy de nous tous estimé.
Si les pleurs peuvent rendre une mort honoreé
La sienne se peut dire avoir esté pleureé,
Si mort jamais la fut; toutefois nostre pleur
N'a pu de son exces luy faire assez d'honneur.
Mais qui pourroit pleurer, de larmes assez dignes,
Tant de rares vertus & merites insignes?
Le ciel avoit en luy, & dedans & dehors,
D'une main liberale espandu ses tresors.
Aussi, le destinant au sacré ministere,
Il semble avoir expres observé ce mystere,
Que le pere & le fils eussent conformité
Et de nom, & d'office, & de capacité.

Ce pere tant celebre a devant ſa vieilleſſe
Eu ce contentement & ſolide lieſſe,
De voir durant ſa vie un fils luy ſucceder,
Qui en quelque façon ſembloit le preceder.
Ce fils vray ſucceſſeur des graces paternelles
Les a le ſurviuant fait paroiſtre plus belles,
Et nous a conſolez du regret nompareil,
Qu'avions devoir ſi toſt coucher ce beau Soleil.
Tous deux ont eu d'enhaut, au penible exercice
D'une charge ſi haute & d'un ſi ſaint office,
Toutes les qualitez, pour ſ'en bien acquiter,
Qu'aucun autre pourroit avoir ou ſouhaiter.
Les principales ſont, le zele, la prudence,
La grace, le ſavoir, l'eſprit, & l'eloquence.
Le Pere (il m'en ſouvient) les avoit toutes ſix,
Mais en particulier je parle icy du fils.
Et dans les triſtes vers de ce diſcours funebre
C'eſt proprement le fils que ma Muſe celebre.
Vn zele plein de foy & plein de pieté,
Iuſqu'au dernier ſouſpir a dans ſon cueur eſté.
La Prudence a touſjours elle meſm' agencées
Toutes ſes actions, paroles, & penſées.
N'at-on pas veu reluire en ſon front, en ſes yeux,
En ſa mine, en ſon geſte un attrait gracieux,
Vne grace attraiante, & qui le faiſoit plaire,
Soit qu'il vinſt à parler, ou qu'il vinſt à ſe taire?
Les neuf pudiques ſœurs l'avoient, comme à l'envy,
De leurs plus riches mets largement aſſouvy,
Et ſingulierement l'excellente Ouranie,
Qui touſjours luy tenoit fidelle compagnie,
Il a eſté doué d'un merveilleux eſprit,
Qui touſjours vint à bout de ce qu'il entreprit,

Eſprit

Esprit vif, souple, fort, solide, net, facile,
Heureux à retenir, à concevoir habile
Qui ne perdant jamais, savoit tousjours gaigner,
Idoine à bien aprendre, & à bien enseigner,
Sa langue, si feconde en exquises merveilles,
Souvent nous a ravy le cueur par les oreilles
Ravy le cueur de joye & d'admiration,
Le remplissant de zele & de devotion.
Qu'est devenue, helas, ceste douce faconde,
Qui n'avoit presque point icy bas de seconde?
Ne vous attendez-pas, ô Flamens, ô François,
De jamais plus ouïr cest' angelique voix.
Ceste voix angelique, ell' est esvanouie,
Pour le plus revenir, & n'estre plus ouïe:
Ce qui la proferoit est clos en un cercueil;
Et serion-nous muets en un si juste dueil?
Helas! pour dignement exprimer nostre perte,
Il nous faudroit avoir ceste langue diserte;
Et tous ces autres grans & magnifiques dons
De nostre cher amy, qu'avec luy nous perdons.
Certes si nos regrets n'estoient pas des injures
Au repos du defunct; nos plaintes des murmures
Contre l'arrest du ciel & son vouloir expres,
Nous devrions fondre tous en plaintes & regrets,
Et ne pourrions assez le regretter & plaindre;
Mais puis que nous avons ces deux choses à craindre,
Ne troublons son repos, & volontairement
Acquiesçons du tout au divin jugement.
Cest alors que les maux, qui sont les plus sensibles
A nostre povre chair, au lieu d'estre nuisibles
(Les maux plus griefs, desquels Dieu visite les siens)
Sont doux à nostre esprit, & luy deviennent biens;

Quand noſtre volonté, ſi baſſe & ſi flouette
Avec celle de Dieu ſi haute & ſi parfaite
Vient à faire un accord dous & melodieus,
Qui deſia dicy bas nous ravit dans les cieus.
Pres de ce cher Trelcat, de qui les doctes preſches
Doivent dedans nos cueurs (ſils n'ont eſté reveſches,
Et n'en ont fait en l'air eſvanouir le ſon)
Avoir pieça gravé ceſte ſainte leçon.
Voulon-nous dignement honorer ſa memoire?
Imitons ſa valeur, aſpirons à ſa gloire:
Imitons la valeur dont vivant icy bas
Il a de Ieſus Chriſt combatu les Combas:
Aſpirons à la gloire où ſon ame poſſede
Ce bon heur bien heureus qui tout bonheur excede,
Qui de ſa reſplendeur nos eſprits eſblouït.
Et n'eſt jamais compris que quand on en jouit.

TORSAY.

D. LVCAE TRELCATIO F.

EPITAPHIVM.

QVæ lacrymis humanda pijs decorauimus, ipſa
Hoc rediviva loco feliciter oſſa reſurgent.
At cuius deſiderio nunc angimur ægri,
LVCAS TRELCATIVS, CATVS ILLE ET CARVS in æde
Non jacet hac, procul ærumnis maturius alta
Sed potitur lætus cæli regione cupiti,
Quò dux ipſe viæ nos deſerit illico raptus,
Feſtinavit enim vitæ melioris amore,
Iamque beatus ibi bona ſumma quieſcit adeptus.

TORSAY.

L'ARMES A LA MEMOIRE DE MONSIEVR TRELCAT.

QV'on verse maintenant ce que la mer à d'onde
Que le Ciel a ce coup desbonde ses torrents
Que la mer que le Ciel sur ce tombeau se fonde
Pour plorer nos douleurs & plaindre nos tourments.
Qu'on estouffe les airs d'une voix funerale
Qu'on n'honore ce dueil ni de ris ni de fleurs
Que sur terre par tout le cypres on estale
Pour marquer le subiect qui nous naure les coeurs.
Qu'un nuage espoissi nous priue de lumiere
Que nos yeus a iamais ne voient plus le soleil
Ou s'ils le voient encor que iamais il n'esclaire
Si non pour faire voir le nostre en ce cercueil.
Cercueil, petit escrin qui de tes bras accole
Ce que la terre avoit iamais porté de beau
Tu deurois esgaller un superbe Mausole
Et a peine tu ás la forme d'vn tombeau.
Tu caches dans tes flancs ce grand mignon d'Apole
Dont la langue charmoit des plus rares les sens
Fondoit les coeurs glacés de l'Eglise & l'eschole
Et les pendoit au fil des ses discours sçavans.
Soudoit si bravement les subtiles fallaces
De l'Eglise Papale & de ses fiers suppos
Qu'on eust dit qu'il estoit le seul temple des Graces
Et qu' Vranie auoit en lui seul tout enclos.
Monstroit si doctement par la Pancarthe Saincte
Qu'il s'arrestoit au vrai, le faux n'alloit suivant
Qu'il forçoit les plus grands de congnoistre & sans feinte
Qu'il vivoit tout sçachant & sçavoit tout vivant.

Gardonne

Pardonne moi Cercueil tu n'en as que l'image
Tu ne pouvois pas ſeul poſſeder ce ioiau,
Le Ciel par deſſús toi a bien de l'advantage
Le moindre a temps le laiſſe & prend or le plus beau.
Tu vis donc maintenant on que tu ſois belle ame
Ayant le nombre accreu des eſprits bien heureux
Tu vois bien a ceſte heure une plus claire flame
Que ne voiois viuant en ces terreſtres lieux.
Tu vois ce grand Soleil dont la claire lumiere
Ne pourra pas iamais Ecclipſer vn clin d'oeil
Et qui clorra vn iour au noſtre la paupiere
Pour eſclairer tout ſeul & la terre & le Ciel.

De Nerée.

EPITAPHIVM
LVCAE TRELCATII
IVNIORIS,
Ecclesiæ Gallicanæ Pastoris, & sacræ Theologiæ in Academia Lugdunensi Batavorum Professoris.

Postquam tot Christi famulos, tot lumina mundi
Funeribus densis mersit acerba dies,
Te quoque TRELCATI, *media florente iuuenta*
Mors comitem tantis addidit atra viris,
Vt pullo squallens Ecclesia fleret amictu,
Fleret Athenæi muta cathedra tui.
Hæc te Pastorem desiderat, illa magistrum.
Vtraque dat lacrimas orba parente suo.
Iustus utrique dolor. tu parte beatior ista es,
Quod tali potius tempore raptus obis,
Quo fas omne perit, quo non amor ullus honesti est,
Cumque sua iustos mors pietate metit.
Quod nisi sublatis iustis te fata tulissent,
Tempus erat iustos te moriente mori.

IOSEPHVS SCALIGER AMICO.

In obitum Clarissimi viri

LVCAE TRELCATII,


L. F. *insignis Theologi & Ecclesiastæ.*

HEV nihil humanis fas quenquam fidere rebus!
Optima quæque manu mortis rapiuntur avaræ,
Perpetuumque nihil cœli sub fornice vasto.
Despectat solare iubar. lux una beatum,
Florentemque bonis, & ovantem sorte secundâ
Quem vidit, volvenda dies vesperque cadentem
Sæpe videt, subitoque ruunt ingentia lapsu.
Tu grave das specimen terris erepte sub ipso
Flore iuventutis, TRELCATI, cuius ab ore
Dulcior Hyblæo manabat nectare suada,
Quum populo reserans divinæ oracula mentis,
Et quæ fatidico fuderunt pectore vates,
Vox tua vi blandâ sensus penetrabat hiantes
Auditoris, & in species quascunque trahebat
Corda virûm. seu quum vacuas tibi dederet aures
Doctrinæ cupida, & sacris operata iuventus.
Nunc desiderium nil præter flebile restat,
Æternumque animis atque immedicabile vulnus
Inflixit penitus tanti iactura magistri.
Te pastoris egens, proles velut orba parente,

Complorat turbata modis Ecclesia miris:
Amissumque decus subsellia nostra requirunt,
Nec sedare valent crudum fomenta dolorem.
Non quia triste tibi quidquam luctuque piandum
Contigit, ante diem quòd funere mersus acerbo
Deseris humanos superoque adscriberis orbi:
Sed nos priva mouent incommoda. te procul atris
Fluctibus optata mors in statione locavit,
Quo neque curarum penetrare examina possunt,
Morborumque cohors. illic secura laborum
Vita pios refovet cunctis impervia lethi
Casibus, & nullis seclorum obnoxia metis.
Nobis per scopulos, & formidata periclis
Æquora restat iter, placidâ tu sede quiescis.
Nec tibi vita brevis fato est abrupta maligno,
Quamuis ter senos nondum geminaueris annos,
Quum te summa dies natalibus intulit astris.
Non etenim longâ serie cursuque dierum
Fas censere viros, sed laude, & fortibus actis
Virtutumque choro. quos gloria consecrat æuo
Sat vixere diu, licet exoriente iuuenta
Prærepti exspirent animas. cælestia cœlum
Poscit, & ingentes terris ostendit alumnos,
Subducitque simul. ceu virgine carpitur vngui
Vel rosa, vel violæ, vel suave rubens hyacinthus.

Sic placitum fatis, generique hæc addita nostro
Lex immota ſedet. magnarum in cardine rerum
Tot clari cecidere duces. ſic occidit ingens
Ille deâ genitus Troumque everſor Achilles,
Sic & Achilleâ referens ab origine gentem
MAGNE *iaces mundi domitor. ſed neſcia virtus*
Succubuiſſe neci longæva in ſecula durat,
Poſteritaſque bonos famæ ulterioris honore
Pellicit, & meritis decus immortale reſervat.

D. BAVDIVS.



Sic p
Lex
Tot
Ille
Sic
M
Su
Po
Pe

